



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

32. In Rubrica Indulgentiarum quinque Sanctorum dicitur. Quod si
omittatur granum, possit pro alia vice aliud subrogari. Sed quæritur etiam,
invento primo, cui ex duobus Indumentia censeatur affixa ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

De Indulgentiis. Res. XXXI. &c.

195

Cruci publicæ , vel Imagini , sive Statuæ includunt ut
orantes ad illam Indulgientiam lucentur . Et ita docet
Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 5. stir. 1. q. 7. in
fus. cum Gobat. vbi supra , p. 2. cap. 17. num. 440. cui ta-
men hoc concedit posse fieri ad priuatum Oratorio
huius seu Capellam , ex quod Leo XI. in formula Indul-
gentiarum , quas concessit Cardinaliis a Dietrichstain ,
poluerit haec verba : qui in Capella seu Oratorio , in quo
fuerit una ex benedictis rebus , &c. verba autem po-
nitum Pontificum sunt intelligenda secundum sen-
tiam à prioribus expressum ; nam Pontifex in dubio
celesit Prædecessorum vestigia sequi , Argum. c. Fe-
rarii de Iure . Sed de hoc valde dubito , nam , vt ait
Marchant. vbi supra ; est medallia de se , & ex instituto
largientis Indulgientiam Symbolum personale , pro eo
qui eam gestat , velut in ciuitibus , vel Ecclesiasticis di-
stributionibus plumbum , ad cuius representationem
per sonores representanti panis , pecunia , vel aliud distri-
buitur .

4. Et tandem nota id quod obseruat dictus Mar-
chant. docit citato , quest. 6. vbi sic ait : Arbitror externæ
Diocesis hominem orantem ante Imaginem B. Vir-
ginis , ad quam Episcopus 40. dies Indulgientia oran-
tibus contulit , lucrat eadem ratione Indulgientiam .
Non esse tamen istius opinionis , quod Imagine
a Diocesim translata , illam Indulgientia colla-
tio comitatur ; quia Episcopus extra Diocesim In-
dulgientias dare non potest propria auctoritate . Me-
san Roma anno 1634. existente Eminentissimus Car-
dinali Pamphilii , qui modo Apostolicam Sedem fe-
licitate regi Innocentius X. grauissimè infectabatur
Indulgencias illas Imaginibus mobilibus applicatas ,
quod variorum abusuum in sui translatione causa es-
set . Vnde cum eis fauore impetranda esset à San-
ctissimo D. Vibano VIII. benedictio viuis præclaræ
Imaginis Deiparae , vt in Belgium transferretur , suavis
Pontifici , vt Indulgencies non imaginis , sed vni Alta-
ti stabilijs quo Imago immobiliter poneretur , affixa-
ret . Ita ille .

RESOL. XXXI.

An quando Religiosus moritur nondum applicatis Indul-
gentiis a Pontifice obtentis , possit eius Superior de illis
diffidare ?
Et adiutor , quod Superior Regularis possit suorum sub-
ditorum satisfactiones , & preces applicare Beneficio-
rum proper interpretarium consensum subditorum ,
vel satisfactiones eis superflua cedant in emolumen-
tum habentium cum illis participationem , bonorum
operum . Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Refo-
litione 6.

Causa est curiositas , & practicabilis ; & ad illum
negatiu[m] respondet doctus , & amicissimus P.
Pellizzi , in manual. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 233.
Pellizzi ait : Quod si queras , an casu , quo aliqui Reli-
gioi concedantur Indulgencies applicande Imagini-
bus , Coronis , &c. si si moriatur illis nondum applica-
tis , & hoc certe constet eius Superiori , is possit eas
applicare ab illo quod Religiosus ante mortem , ta-
lam faciat in ipso subdelegaverit . Responderetur non
potest . Ita Baldelius , Bordonus , & alij docti Viri à me
confulti , probávique ex eo quod in tali concessione
delegator industria persona , & ipsa concessio est priu-
legium quoddam personale , quod definit in persona ;
quod tamen non facit quin dictus Religiosus viuens
potuerit subdelegare præfata[n] potestatem , cum Dele-
gatus Papæ possit subdelegare ; vt ben[eficio] notarunt relati
doctores , quia de re consulatur Pasqualigus , dec. 492.
Hucfome Pellizzi .

Tom. IV.

2. Sed nouissimè affirmatiuam sententiam ingenit
docere Patrem Gobat in Thesaur. Indulg. part. 1. c. 11.
quest. 35. num. 131. vbi sic ait : An quando Religiosus
moritur nondum applicatis , vel distributis intentionis
bus Indulgenciarum , quas habuit , possit eius Superior
liberè de his disponere ? Respondetur posse , nam ex
triuisque parte militat bona ratio ad hoc astendendum .
Ex parte qualem subdit , quia nullus Religiosus est ,
qui ante mortem interrogatus non pronunciatet , se
ita velle , & qui non saltem semel in vita apud se dixerit
cupere se ut omnia sua cedant , quoad h[oc]i potest
in maius Dei , & proximi obsequium . Atqui cedent h[oc]
intentiones in maius proximi emolumenntum , si eas
vslupet Superior . Ex parte autem Superioris adest hac
ratio , quod ita utique habeat generalm voluntatem
omnibus suis suorumque bonis v[er]tendi ad Dei glo-
riam , & proximi commodum , quod potest . Quia vo-
luntate posita , sibi iam virtualiter , & implicitè illas in-
tentiones , saltem sub conditione securitate mortis , ven-
dicauit , quando subditus agebat animam . Confirmatur
ind. quod satisfactiones Religiosorum , eis super-
fluæ cedant in emolumenntum , habentium cum illis
participationem bonorum operum , item quod Super-
ior Regularis possit suorum subditorum etiam igno-
rantium satisfactiones , & preces , applicare Beneficio-
rum , propter interpretarium consensum Subditorum .
Loquor autem de illo Superiori , qui toti Conventui ,
seu Collegio praest , non de Priore Claustral , aut mi-
nistro . Ita Pater Gobat . Ego vero utramque sententiam
probabilem esse puto : sed magis adhaereo sententiæ
negatiæ .

RESOL. XXXII.

In Rubrica Indulgenciarum quinque Sanctorum dicitur ,
quod si omittatur granum , posse pro illa vice aliud
subrogari .
Sed queritur etiam inuenio primo , cui ex duabus Indul-
gentia censeatur affixa remanere ?
Et an electio possit fieri per actum merè internum ? Ex
p. 6. tr. 7. & Misc. 2. R. 33.

Ad hoc dubium sic responderet Pater Lugo de Sup. h[oc]e sup.
Sacram. p[ro]posit. 27. sect. 8. §. 3. n. 150. Solct ali-
quando concedi , vt si amitteratur , vel rumpatur granum ,
vel imago habens talen indulgentiam , possit pro pri-
ma vice subrogari aliud granum , vel alia imago cum
eadem indulgentia . De quibus dubitari posset , casu quo
imago alia amissa fuit , & facta sufficiens diligentia
non potuit inueniri ; atque ideo electa fuit alia : an si
postea prior inueniatur , adhuc haec posterior retineat
indulgentiam . Et quidem ego credo non amplius prio-
rem , sed posteriorem habere indulgentiam , quia veri-
ficata fuit conditio , vt posset ritè eligi secunda , nempe
quod prima fuisse amissa ; ergo eo ipso legitime fuit
electa alia , & cessavit prioris indulgentia ; tamen tamen
erit utramque retinere .

2. Petes an illa electio possit fieri per actum merè Sup. hoc ita
internum : videtur enim exigui actus extermis , sicut di-
cebamus requiri actum extermum ad concessionem in-
dulgenciarum : h[oc]e quippe electio videtur esse concessio
indulgenciarum ex facultate à Pontifice delegata . Verius
tamen videretur sufficiere voluntatem internam , quia illa
deputatio non est concessio indulgentiarum : Pontifex enim
solus concedit immediate indulgentiam habentibus ta-
lam imaginem à me deputandam . Quod à posteriori
patet . Primo , quia facultas concedendi indulgentias
nunquam delegatur Laicis , aut fraternis , & tamen i[ps]i
possunt determinare grana vel imagines . Secundo ,
quia qui indulgentiam propriè concedit , potest illam
revoicare : qui autem semel deputauit talen imaginem ,

R. 2. non

non potest reuocare postea talem electionem: non est ergo actus iurisdictionis, sed conditio ad concessio-
nem facta à Pontifice: conditio autem ad indulgen-
tiam requisita, potest aliquando esse actus internus.
Hæc omnia Pater Lugo, cui quidem libenter ad-
hæcio.

RESOL. XXXIII.

*An Indulgentia stationum possit quis in die multoties in-
cendi: Ex p. 5. tr. 12. Refol. 45.*

Sup. hoc sup.
in tr. 3. Ref. 152. & 153.

S. I. **A**ffirmatiuam sententiam docet Angelus ver.
152. & 153. **I**ndulgentia, §. 4. Rosella eod. ver. §. 12. Na-
varrus §. in Leuitico, notab. 32. num. 46. & 47. & alij
Negat uam verò tenet Paludanus in 4. difft. 20. q. 4. art. 7.
D. Thom. in addit. 3. p. 9. 25. art. 2. ad 4. D. Antonin. p. 11.
tit. 10. c. 3. §. 3. & alij.

2. Verum circa præsentem quæstionem Ludouicus de la Cruz in Bulla Cruc. difft. 1. cap. 8. dub. 13. num. 10. cum distinctione putat esse loquendum, nam vel Indulgentia conceditur ad tempus determinatum, ut vi-
sitantibus tali die, & hora, & tunc semel tantum po-
test illam quis lucrari. Vnde cum stationes Roma signatae concedantur in Bulla certis & determinatis diebus, inde est, quod semel tantum potest quis illas lucra-
ri, nisi aliud exprimat Pontifex. Quando verò Indul-
gentia conceditur indeterminata, & quasi perpetua sub
hac forma. *Quicumque visitaverit talem Ecclesiam, vel
Altare consequetur hanc vel illam Indulgentiam; tunc po-
test quis eam lucrari, toties, quoties, idque facit probat
ipsa consuetudo, quæ est optima legum & cœfessionum
humanarum interpres, & sic conciliari possunt prædi-
cta opiniones. Hoc tamen ultimum debet intelligi,
dummodo iteratio visitationis non cedat in irrationem,
ut revera cederet, si quis visitaret eandem Ecclesiam
continuè egrediendo, & ingrediendo, quia non est ve-
risimile de prudenter Pontificis illi modo reiterandi vi-
sitationem, multiplicare indulgentias. Sic ille.*

3. Sed his ramen non obstantibus nouissimè Egidius de Trullenck in Bulla Cruc. lib. 1. §. 6. dub. 4. num. 2. absolute docet Indulgentia stationum posse in die multoties lucrari, quia Bulla id non restringit, nec li-
mitat, sed absolute eam concedit: at quando Indulgen-
tia conceditur indefinita visitandi tali die talem Ecclesiam, toties eam quis, lucratur, quoties eo die mo-
raliter & secundum prudentiam illam visitat. Secundo probatur, quia iuris dispositio etiam in odiosa mate-
ria comprehendit omnes casus, ad quos verba dispositio-
nis iuxta propriam significacionem & dispositio-
ne extendunt, secundum doctrinam Iurisconsultorum;
sed verba Indulgentiarum Roma & verba Crucia-
tae, & verba Iubilæi in quo præcipiuntur stationes ad lucrandas Indulgentias iuxta propriam significa-
tionem, extendi possunt ad plures vices in die. Ergo extendenda potius, quam limitanda, cum talis con-
cessio sit principis favor, & in tertii præiudicium
non cedat. Ita ille, & ego in prima parte, tract. 11.
refol. 104.

Quæ hic est
sup. in tr. 3.
Ref. 152.

RESOL. XXXIV.

*An pro lucranda Indulgentia concessa visitantibus quinque Altaria satis sit preces effundere ex uno loco sine
motu de uno Altari ad aliud Altare?*

*Et quid est dicendum, quando quis idem Altare quinque
visitat, an teneat loco dimoneri, vel eodem loco fixus
possit illud visitare, dummodo quod qualibet visitatione
finita saltem corpus, & caput inclinet in signum distin-
ctæ visitationis? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 16.*

S. I. **N**egatiuam sententiam docet Ioannes de Gar-
nica in explicatione Bulla Cruciae, §. Item se-
foss, pero son demafado libres, porque sin menearse de
vn lugar bueluen la cara a cinco altares, loque a mimo
parece es, que no ganan la estacion, fino que se han de
leuantar, y andar todo el trecho que tienen los cinco
altares. Porque si no se vuieran de andar, tanto valiera
hacer toda la estacion en vn solo altar, y esto no se pue-
de hazer, porque por dispensacion dixo, que no donde
no uiesie mas que vn altar, si visitalle vno vezas.]
Sic ille.

2. Sed ego in 1. p. tract. 11. refol. 102. affirmatum Quæ
sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo
Ludouicum de la Cruz in Bulla Cruc. difft. 1. dub. 13. num. 10.
Dico igitur quod in tali casu non oportet moueri loco
sed fatis est vt uno loco fixus preces fudat versus quinque
Altaria, quare sufficit moueri corde ab uno Altari
in aliud, etiam quando nullum adeat impedimentum,
quia si unum tantum est Altare, non oportet quinque
motu corporali illud visitare, sed fatis est quinque
versus illud preces fundere: ergo non requiri per
se loquendo, in visitatione Altaris, motu corporali.

3. Nota tamen quod Trullenck in Bull. Cruc. lib. 1.
§. 6. dub. 2. n. 4. licet existinet quod quando quis idem
Altare quinque visitat, non teneri loco dimoneri, sed
eodem loco fixum posse illud quinque visitare, tamen
vult, quod qualibet visitatione finita saltem corpus &
caput incliner in signum distinctæ visitationis,

RESOL. XXXV.

*An Indulgentia certo, & ineffabiliter proficit di-
functis?*

*Et an Indulgentia non omnibus animabus existentibus in
Purgatorio valeant, sed illis tantum quæ ut sibi de-
sufficiunt, meruerunt in vita per pietatem & curam erga
mortuos? Ex p. 5. tract. 12. Refol. 8.*

S. I. **N**egatiuè responder Layman in Theol. mor. lib. 3.
tract. 7. c. 7. n. 3. vbi citat Bonaventuram, Ri-
chardum, Durandum, Caetanum, Cordubam, Camum, ca-
Sotum & Henriquez, afferentes Indulgentiam pro de-
functis tantum prodest per modum suffragij & im-
petrationis secundum liberalerem Dei acceptantis voluntati
tempo quod confirmatur ex omnium fiducial conuenienti,
qui potest applicatum alicui anima Indulgentiam, ubi
luminus pro ea sacrificare & orare pergit, quasi ipso
facto significantes Indulgentiam, etiam clavis eius conceal-
ista causa subnixa videatur, non habere tamen infal-
libile effectum.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Acoft in Bull.
Cruc. q. 19. Faber de Penitent. in 4. sentent. difft. 19. q. 20.
difft. 8. cap. 8. num. 2. 3. 4. Granadus in 3. part. de Sacram.
controver. 12. tract. 5. difft. 5. n. 10. Suarez tom. 4. difft. 13.
sect. 3. n. 3. Ledesma in 2. part. 4. q. 29. art. 3. Soto in 4.
difft. 1. q. 2. art. 3. Valentia tom. 4. difft. 7. q. 29. art. 12.
punct. 5. Cominek de Sacram. difft. 1. dub. 10. num. 445.
Tannerus tom. 4. difft. 6. q. 8. dub. 4. n. 92. Trullenck in
Bulla Cruc. lib. 4. dub. 9. num. 4. & alij penes ipsos, quia
satisfactions Christi & Sanctorum, quæ applicantur
ad peccatum Purgatorij, sunt æquivalentes ad hanc rem,
nec deest diuina promissio de tali remissione fundata in
perpetua traditione Ecclesiæ, & in illo Matth. 16. Quid
cumque soleris, &c. Quid ego sententiam dicam breueri,
hæc posterior sententia videtur nihil probabilior: unde
de puto Valentiam vbi supra, non recte, neque mi-
deste contrariam vocare incutam, & nullo modo ad-
diendam; melius Bellarmin. lib. 1. cap. 14. vocavit illam
rationabilem, nostram verò admodum piam: addo ego
& probabiliorem.

3. Non